Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 106

[S.l.], [10. Jh.]

Anonymus, Tractatus de quattuor elementis

urn:nbn:de:bsz:31-1316

Visual Library

terrae. terra fortior est lunae per aliquam quantitatem.
15 Eclipsis solis est quotiens in luna XXX. ipsa luna nobis apparet et per ipsam
nobis sol obscuratur. De astronomia vero disciplina in utraque lingua diver
sorum quidem sunt scripta volumina inter quos tamen ptolomeus apud
graecos praecipuus habetur qui de hac re duos codices edidit quorum unum minorem
alterum maiorem vocavit astronomum. Is etiam et canones quibus cursus
astrorum inveniantur instituit. Ex quibus ut mihi videtur climmata
fonsitan nosse horarum spatia conprachendere lunae cursum pro inquisi
tione paschali. eclipsin ne simplices aliqua confusione turbentur quali
tione fiant advertere non videtur absurdum. Sunt enim ut dictum est
climmata quasi septem lineae ab oriente in occidentem directae in quibus
et mores hominum dispares et quaedam animalia specialiter diversa nascuntur.
quae vocata ita sunt a locis quibusdam famosis quorum. A. Primum est
merohis. B. Secundum. sohinis. Γ. Tertium catochoras id est africa.
Δ quartum rhodus. E. quintum hellespontus. S. Sextum. meso
pontus. Z. Septimum burysthenus. Horologia quoque quae solis claritate
monstrantur distinctis quibusdam regulis per singulos tractus veraciter
aptata consistunt. quod utiliter priorum et maxime ptolomei constat
diligentia perquisitum. Est alia quoque de talibus non despicienda commoditas
si oportunitatem navigationis si tempus arantium si aestatis caniculam. si autumni
suspectos imbres inde discamus. Dedit enim dominus unicuique creaturae suae aliquam
virtutem ut tamen innoxie de propria qualitate noscatur. Caetera vero
quae se ad cognitionem siderum coniungunt id est ad notitiam fatorum et fidei nostrae
sine dubitatione contraria sunt sic ignorari debentur ut nec scripta esse videantur.
Unde doctissimus quoque pater basilius in libro sexto quos appellavit ex
ahimeron cautissime diligenterque tractavit ab animis hominum huius
modi sanctissima disceptione destruncas. Quem prima fronte in octo
teucho diximus legi. hinc et pater augustinus in secundo libro de doctrina
christiana meminit dicens. Quia familiaris est pretiosissimo errori fatua
facta cantentium. unde commodius honestiusque contemnitur sit aliis per
suasione sciatur. Mundi quoque figuram curiosissimus varro in geometricae
volumine conparavit formam. ipsius ad ovi similitudinem trahens.
Quod in latitudine quidem rutundum sed longitudine probatur oblongum conpara
vit sed nobis sufficit quantum in scripturis sacris legitur de hac arte sentire. TXP. Λ



NUNC CERNE UT MEDIA MUNDI CORPORA IDEST AQUA
et aer ut docuimus innumeris vigorem et ingenium sumpserit. A supremis
namque ut illic media duobinas laterum summas excuicina capiunt extimorum
et tertias singulas astantibus ita etiam in hoc mundo ignis et caetera permixtis
pro numero qualitatibus medias pariunt naturas. Ipsa igitur unde
loquimur elementa sumamus ignem videlicet et terram timemurque.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

diligentius quid haec habeant proprium singulariter quod eum commu-
nionem abnuat promisci ·



TERRAM CERTE UIDEMUS IMMOBILEM COPULENTAM
& optusam at enim ignis utiq· testabile est tam sistendi impos quam subtilis
& acutus · Haec ingenia sic controuersa porro & dimicantia ut substantia
uicinis arrogent qualitatibus & cognationem uertati lineis nanciscantur ·
Aqua nempe uicinum terris elementu͞ est · Dehinc aer superfertur · hic ergo flam͞is
illa conterminat quia haec media mundi membra quae diximus binis ex proximo
uirtutibus constat · & tertiis ab inter uallo partis · Nam si terram poste
diximus corpulentam obtusam & immobilem recte aquam dicemus mobilem
corpulentam & obtunsam · Si ignem diligens arbitratio acutu͞ suptilem
mobilem repperit · Aer bene aestimabitur subtilis mobilis & obtunsus ·
Ita quod mobilis aqua · id porro ignis est quod corpulenta & obtunsa id utrumq·
ex globo stataria e uicinitatis adscitu͞ est uicissim · quod aer obtunsus est
id ab infimis hab& · Tertium quod suptilis & mobilis id ex alt& hera cui proxime
adnatus est traxit · Quod ab exemplo uirgularu͞ quae subsup facilius

contemplabimur earum a summo dispar obliquitas paribus conserta dispendiis
sic in adversorum plenitudinem deficit ut ab obviis coetus vicissim & alterni generis
substantias pariant & insertis in se adversitatibus congregentur. Hoc illud
nexibile mundani foederis vinculum haec elementorum colligativa cognatio.

EX LIBRO SECUNDO SCI AUGUSTINI DE XPIANA DOCTRINA DE SOPHISMATIBUS FALSE CONCLUSIONIS EXCERPTUM.

SUNT MULTA QUAE APPELLANTUR SOPHISMATA FALSAE
conclusionis rationum & plerumque ita veras imitantes ut non solum tardos
sed ingeniosos diligenter attentos decipiant. Proposuit enim quidam
dicens ei cum quo loquebatur quod ego sum tu non es. At ille consensit verum
enim erat ex parte vel eo ipso quod ille insidiosus iste simplex erat. Tum
iste addidit. Ego autem homo sum. hoc quoque cum ab illo accepisset conclusit
dicens. tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scrip
tura quantum existimo detestatur illo loco ubi dictum est. qui sophistice
loquitur odibilis est. Sunt etiam verae connexiones ratiocinationis falsas
habentes sententias. quae consequuntur errorem illius cum quo agitur.
Quae tamen ad hoc inferuntur a bono & docto homine ut in his erubescens ille
cuius errorem consequuntur eundem relinquat errorem. Quia si in eodem
manere voluerit necesse est etiam illa quae damnat tenere cogatur.
NON enim vera inferebat apostolus cum diceret. neque xps surrexit & illa alia.
inanis est praedicatio nostra vacua est & fides vestra & deinceps alia quae omnino falsa sunt.
Quia & xps resurrexit & non erat inanis praedicatio eorum qui hoc adnuntiabant.
nec fides eorum qui hoc crediderant. Sed ista falsa verissime conectebantur
illi sententiae qua dicebantur. non esse resurrectionem mortuorum.
Cum ergo sint verae conexiones non solum verarum sed etiam falsarum
sententiarum facile est veritatem conexionum etiam in scholis discere quae praeter
ecclesiam sunt. Sententiarum veritas in sanctis libris ecclesiasticis vestiganda.
ipsa tamen veritas conexionum non instituta sed animadversa est ab hominibus
& notata. ut eam possint vel discere vel docere. NAM est in rerum ratione
perpetua & divinitus instituta. ut si quis dicat cum falsum est quod sequitur neces
se est ut falsum sit quod praecedit verissime dicit. Neque ipse facit ut ita sit
sed tantum ita esse demonstrat. Ex hac regula illud est quod de apostolo
commemoravimus praecedit enim non esse resurrectionem mortuorum.
quod dicebant illi quorum errorem destruere volebat apostolus.
Porro illam sententiam praecedentem qua dicebant non esse resurrectionem
mortuorum necessario sequitur. Neque xps resurrexit. hoc autem quod sequitur
falsum est. xps enim resurrexit. falsum est ergo & quod praecedit. praecedit
autem resurrectionem non esse mortuorum. est igitur resurrectio mortuorum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg